



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacramentum Ordinis**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

Caput III. De Corona & Habitu Clericali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42240**

ingenui pectoris detrectabit  
id implere , quod piè & lau-  
dabiliter ab Episcopo per mo-  
dum consilii suggeritur. Cæce-  
ra ad obligationem Horarum  
spectantia alibi fusius tracta-  
bimus.

## CAPUT III.

### *De Corona & Habitū Clericali.*

**C**Lerici in majoribus Or-  
dinibus , item omnes be-  
neficiati obligantur ad coro-  
nam & habitum clericalem in  
cap. Si quis, de vita & honest. Cler.  
ut quemadmodum Clerici à  
Laicis discreti debent esse in  
conversatione , juxta verba  
Anacleti Papæ ad Ecclesiás  
Gallicanas, ita tonsurā & ha-  
bitu, discreti appareant. Ge-  
statur autem corona clericalis  
in memoriam coronæ spineæ  
Salvatori impositiæ , ut ejus-  
dem Ministri, ad irrisiones &  
opprobria, pro gloria Domini  
sui sufferenda, promptos se pa-  
ratēt-

Clerici in  
Majoribus,  
item omnes  
beneficiati  
obligantur  
ad coronam  
& habitum  
clericalem.

Quo: sum  
corona  
clericalis  
gesterit.

Quantum  
peccet Cle-  
ricus negli-  
gendo co-  
ronam &  
habitum,

ratósque ostendant. Cæterū  
quantum peccetur hæc negli-  
gendo , in eo discepant AA.  
Nav. c. 13. cum aliis vult pec-  
cari graviter, quia juxta Trid.  
Sess 14. c. 6. de reform. negligens  
tonsuram & habitum affici  
potest pœnâ suspensionis, quæ  
pœna non solet statui nisi ob  
peccatum grave. Econtra Vasq.  
disp. 250 c. 3. & cum eo alii do-  
cent , non peccari graviter,  
mēdō absit contumacia &  
contemptus, & non sit pericu-  
lum causandi vilipēdium Or-  
dinis clericalis , quia à Trid. I.  
c. ob reverentiam & honesta-  
rem sacri Ordinis talis habitus  
præscribitur. Proinde si ex ju-  
sta causa vel ad breve tempus  
sine detrimento honestatis ha-  
bitus deponatur, nullum erit  
peccatum. V. Laym. Tr 9 c. 12.  
de sacer. Ordin. Ubi rectè notat,  
spectandam quoad hoc cujus-  
que Dicecessis consuetudinem.  
Ex quo insert Gob. Tr. 8 de  
Ord Cas. 20 neminem in Ger-  
mania facilè damnandum pec-  
catū

cati mortalis, si in vertice nul-  
lum vestigium coronæ appa-  
reat per sex vel octo hebdo-  
madas; quamvis omnes hor-  
tandi sint, ut propter reveren-  
tiā sacri Ordinis & status  
sui, eam singulis mensibus re-  
novari faciant. Cujus ratio est,  
quia ex longiori coronæ ne-  
glectu nemo facile graviter  
offendetur aut scandalizabi-  
tur, sicuti foret, si in habitu o-  
mnino profano incederet pu-  
blicè, per plateas & vicos.

---

## CAPUT IV.

*De armis non gestandis, insua-  
learum, chartarum, &c. uena-  
tione non facienda.*

**E**XCUSARI à culpa nō poterit Utrum licet Clericus, qui clericali habi-  
tu indutus, absque rationabili & justa causa, aut legitima con-  
suetudine permittente, arma  
gestat. Quia communis populi  
persuasio est, arma non decere  
statum & habitum clericalem;  
unde etiam usus armorum  
**Clericis**